Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

ou suo. Et legerunt
in libro legis dei dis
tincte et aperte ad in
telligendum. Dixit
autem nehemias et esd
ras sacerdos et scrib
a et leuite interpre
tes omni plebi. Dies
sanctificatus est domino do
mino: nolite lugere et
nolite flere. Et dixit
eis. Ite comedite pi
guia et bibite mul
sum et mittite pores
eis qui non preparauerit
sibi: quia sanctus di
es domino est: et nolite
contristari. Gaudi
um enim domini est for
titudo vestra. Gradu.
Qui habitat sub adiu
torio altissimi: in
protectione dei cœli
commorabitur. Dicet
domino: susceptor meus es
tu: et refugium meum.
Deus meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberauit me
de laqueo venantium:
et a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit
me: et sub pennis eius
sperabo. Scutum circum
dabit me veritas eius:
non timebis a timore
nocturno. A sagitta
volante in die. A negotio
perambulante in tenebris.
A ruina et dæmonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille
et decem milia a dextris tuis:
ad te autem non appropinquabit.
Tamen oculis tuis considerabis:
et ipsum videbis. Quoniam
tu es domine spes mea.
Altissimum posuisti refugium
tuum. Non accedet ad te malum:
et flagellum non appropinquabit
tabernaculo tuo. Quoniam
angelis suis mandauit de te:
ut custodiant te in omnibus
viis tuis. In manibus portabunt te:
ne forte offendas ad lapidem
pedem tuum. Super aspidem
et basiliscum ambulabis:
et conculcabis leonem et
draconem. Quoniam in me
speravit liberabo eum:
protegam eum. Quoniam
cognouit nomen meum.
Inuocabit me: et exaudiam
eum. Cum ipso sum in tribu
latione eripiam eum:
et glorificabo eum. Longitudine
dierum adimplebo eum:
et ostendam illi salutare
meum. Tractus. Benedicite
omnes angeli domini domino:
benedicite omnes virtutes
domini domino. Benedicite
omnes aquæ quæ super cœlos
sunt domino: benedicite
omnes potestates domini
domino. Benedicite sol et
luna domino: benedicite
stellæ cœli domino. Benedicite
omnis imber et ros domino:
benedicite omnes spiritus
domini domino. Benedicite
ignis et æstus domino:
benedicite frigus et
æstus domino. Benedicite
rores et pruina domino:
benedicite gelu et
frigus domino. Benedicite
glacies et nives domino:
benedicite noctes et
dies domino. Benedicite
lux et tenebræ domino:
benedicite fulgura et
nubes domino. Benedicite
montes et colles domino:
benedicite omnia germinantia
in terra domino. Benedicite
fontes domino: benedicite
maria et flumina domino.
Benedicite cetus et omnia
quæ moventur in aquis domino:
benedicite omnes volucres
cœli domino. Benedicite
omnes bestiæ et pecora
domino: benedicite filii
hominum domino. Benedicite
israel domino: benedicite
sacerdotes domini domino.
Benedicite serui domino:
benedicite spiritus et
animæ iustorum domino.
Benedicite sancti et humiles
corde domino. Benedicite
ananias azarias misael domino:
laudate et superexaltate
eum in sæcula. Benedicamus
patrem et filium cum
sancto spiritu: laudemus
et superexaltemus eum
in sæcula